

Respondentem

M. FRIDERICUM  
FABRUM.

**Q**ui Faber ex massâ format simulacra DEorum  
Qualibet, ex osus redditur ipse DEO.  
Gratior est statuens, natura lumine nosci  
Posse Creatorem quolibet ex opere.

M. Christoph. Wölfflin/Diac.

**U**t Faber ignivomâ confringit forcipe Ferrum,  
Duraque dædalia dedolat æra manu.  
Sic Tu, quæ calamo confregit Præsidis ardor,  
Orali, in cathedrâ, forcipe spicla teras.

M. J. W. Angelin.

**I**mpia dum Superis moverunt arma Gigantes,  
Fulmine dicuntur succubuisse DEI.  
Insano Superos sic qui negat Atheus ore,  
Quid nisi cum summo Numine bella gerit?  
Ast hunc divino verbi dum fulmine terres,  
Quis te Zelotem jam neget esse DEI?

f.

M. Joann-Wolfgangus Dietericus,  
Tubingensis.